



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,
Commentarii**

Sacchini, Francesco

Ingolstadii, 1616

Friburgensium in eundem caritas.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41515

*Militum Christi
militia per-
petua.*

*Hæreticorum
in Bonhomium,
& Canisium
petulantia.*

*Bonhomij de
Canisio testi-
monium.*

*Friburgensium
in eundem ca-
pitulum.*

requietem, quam vt cum vno duntaxat comite mitteretur in incertum, ad nouas aliis inter obstantia sedes parandas. Verum tamen Christi militibus non ante vitam stipendia finiuntur: cum consummauerint tunc incipient. Sola mors missionem dat eis. Vnica sedes emeritorum est cælum. Ipsemet deducendum Dei famulum Bonhomius sumpsit. Dum autem Berna oppido Hæretico transeunt, procax Hæreticorum turba pro Catholicis agnitos contumeliosè accepit: qui & per ludibrium in Ocreas Canisij niuem iniecere. Hoc illi auctiores vera gloria Friburgum attigerunt. Hic Bonhomius Canisium Senatui sistit, impenseque commendat: inter cetera Virum ad eos se duxisse commemorans planè dignum, què instar pretiosæ ac sacræ rei haberent, asseruarentque. Haud sanè aliter excepit venerabilem senè, posteaque semper tractauit Senatus, & vniuersa Respublica Friburgensis. Magnificè eam benignitatem, & dilexit Canisius. Itaq; ipsius ac Friburgensium continuo mirè conciliantur inuicè animi, adeoq; deuinciuntur, vt ad extremum vsque pulchro, iucundoq; certamine mutuis semper officiis, caritate, obseruantia, prædicatione

con-

contenderint. Persuasit ante omnia eis Canisius, uti liberos suos ab Hæreticorum gymnasiis reuocarent, nec posthac ad ea mitti paterentur, in quibus non tam literas, quam peruicaciam, & impietatem ediscerent. Protinus in principe templo

*Concionatur:
& Collegij res
adornat.*

continuauit annis. Quo ex loco publicum quasi spectaculum proponens sapientiæ, modestiæque Christianæ, haud magno negotio ad optima quæuis religioso per se se, bonoq; ingenio populū commouebat. Ita præparatis ciuium animis adfuit anno vertente societatis per Germaniam Visitator Oliuerius Manaræus, deq; Collegij condendi ratione cum Senatu transegit, DEO mire propitio, & fauente cœptis.

Anno proximo, qui seculi alter, & octogessimus erat, Collegium inchoatum scholis literarū publicatis per autumnū, lætissima Ciuitate. Tum Canisius ubi victis demū difficultatibus primis iustam familiam adesse vidit, supplex à Præposito Generali (Claudi^o Aquauia is erat Euerardi successor) contendit, uti se præfecturæ munere liberaret. Optimus senex ad id vnum excusatione, ac beneficio utebatur ætatis, ut subiectus omnibus,

1581.

1582.

Humilitas eius